

lenses dare fecimus Guidaldo Preposito de compositione de ipsa invasione, et ipsam terram relaxare à parte Monasterij, et fidelis ipso posuerunt simulacrum Episcopum, et de supra scripta dicta Capitula ita ante nos omnia à parte factum est. Et ipsi homines veritatem sive profisi tam de terratico quam de pensione de molina, seu de ipsis villis. Et nos quod iudices huc omnia veritate agnoscentes judicavimus, ut qualiter ab antiquo tempore terraticum vel pensionem atque magisterium ipsa curte primita fecerunt, facerent, et in antea abzque aliqua superimposita, et ex ea pensione vel terratica eidem Guidaldo Preposito uirilia dare fecimus supra scriptis hominibus ei dandi. Unde pro amputanda intentione hunc notarium judicatum ex iuxitione supra dicti protestatis, et ex dictatu Bagarini Notarii scripti ego Pothmannus Notarius in mense Martio. Indicit: q. feliciter.

Sub his quoque diebus, Pribunus quidam vir canapellensis obtulit se cum quatuor filiis suis in Monasterio S. Vincentij per huiusmodi obligationis scriptum.

In nomine Domini regnante domino carolo viro Excellentissimo Regi Francorum atque Longobardorum, sed et temporibus domini Hydelyrandi glorioxi Duci, et assistente Audone castaldo in mense Julij Indictione 5.^o Ideoque constat me Priburus de carapile pro mercede, et remedio salutis animarum nostrarum, una cum filiis meis pariter consensionibus, ideo Pribulus et justinu, Maruzulu, et Bibulu, concedimus personas nostras in servitio et defensione de Monasterio S. Vincentij, ut omnis dies vite nostre in ipso sancto, et venerabili loco obedientes epe debeamus tam ita quam et heredes nostros, ut de quod Abbas, Prepositus, aut custos ipsius vestri loci justè impetrare voluerit, nos obedientes epe debeamus, et in eorum defensione permanere debeamus, salvo libertate nostra. Et hoc spondimus, et per supra scriptos nos obligamus, ut si nos, aut heredes nostros de voluntate, aut obediencia de ipso Monasterio subtrahero voluerimus, licentiam tribuimus, ut custodes de ipso Monasterio habeant licentiam nos distingere, et ignorare donec voluntatem ipsorum adimplere debeamus, ut supra diximus, de quod notis justè impetrare voluerint. Actum in peste, in atrio S. Petri, anno S. Vincentij monachorum Indictione supra scripta. Eum vero cartulam affectionis, ego Ato Notarius rogatus a Pribuno, et filius eius, ipsis presentibus scripsi.

Nunc vero ipsos fines dedaramus de propria caravella, sicut continentur per Precepta, et libella pertinentes Monasterio Beatiissimi Vincentii Martyris;

P. Petri monasterii